

- gere à successore, nisi factis diligentius contra hæredes Præcessoris.
- 18 Quod intellige, quando non exigisse, possit imputari negligentie Pensionarii.
- 19 Si Beneficiarius nullos exigit fructus, tunc Pensionario non imputatur negligentia, si non exigit, secus si aliquos.
- 20 Nullis fructibus à beneficio exactis, nemo tenetur ad pensionem, id est neque Præcessor, neque successor.
- 21 Cessante omni negligentia, Pensionarius potest agere pro decursis contra successorem, & num. 22.
- 23 Pensionarius primò negligens, sed postea fe-
- cit omnes diligentias contra præcessorem, nec potuit exigere, tunc agit contra successorem.
- 24 Successor acceptando beneficium gravatum, censetur consentire pensioni.
- 25 Si per provisum de beneficio stet, ne capiat possessionem, tenetur solvere pensionem, licet fructus non percipiat.
- 26 Secus si non per se stet, sed facto alieno.
- 27 Ratæ pensionis decurso, & non soluta mortua pensionario, cui debeantur, an Cameræ, an hæredibus defuncti.
- 28 Si Pensionarius non exigit per plures annos pensionem, non ideo amittit possessionem, vel quasi illam exigendi.

## ARTICULUS XXXIII.

## De Negligentia Pensionariorum, &amp; Pensionistarum.

**O**ntigille, experientia docuit, multoties Pensionarios, & Pensionistas fuisse negligentes; illos in exigenda, istos in solvenda pensione; de hac ergo negligentia est præsens inquisitio, ut ejus effectum videamus, cui prodesse, vel obesse contingat; & licet parte prima, ubi de effectibus negligentia, aliqua de hac materia tetigerim, tamen placet hic accuratius rem non inutilem investigare.

- 1 Ex parte Beneficiariorum pensionistarum incurrit negligentia, si in terminis à Summo Pontifice decretis, de quibus in Bullis Pensionariorum, non solverint pensionem integrum, in loco pariter à Pontifice in bullis d. decreto, & enuntiato, licet concedatur mensis, post terminū completum ad purgandam moram, & negligentiam, ex regula quod *mora celeri satisfactio*ne purgatur, c. potuit de locato, & condic., i. *Sancimus C. de fidejuss.*, l. & si post res ff. si quis caution, celeri autem satisfactio quænam dicatur ad hunc effectum remittitur arbitrio Judicis, *Menoch. de Arbitriis Judicium* c. 7., *Coccin. decis. 1051. nu. 6.*, *decis. 1088. nu. 10.*, & ex communi praxi in hac materia observatur mensis pro purganda mora.
- 2 Sicuti etiam negligentia, & mora celeri satisfactione purgatur ad effectum evitan-

di regressum, quem haberet Pensionarius, ad beneficium resignatum cum pensione, & pacto, quod deficiente resignatario in solutione pensionis, liceat ressignanti regredi ad beneficium; quod habet locum, si negligentia, & contumacia soluere debentis sit magna, & non aliter *Tondut de pensionibus* c. 45 num. 6. 7., & cap. 47. num. 4., *Gigas de Pension.* q. 99. nu. 19., *Paris de resignat.* lib. 6. q. 3. num. 13., *Loter de re benefic.* lib. 1. q. 40. num. 277., & seqq., *Barbosa in praxi exigendi pensiones* p. 1. q. 9. num. 6.

- 3 Pensionista autem negligens in solutionibus pensionum decurfarum, non gaudet beneficio, c. *Odoardus solut.*, cuius beneficium stat in hoc, ut Clericus debitor non tenentur solvere debitum ultra quam facere possit, unde nec potest capi, & carceribus mancipari, nec excommunicari, sed solum potest Clericus beneficiatus debitor, cogi ad præstandam cautionem Juratoriam de solvendo, si ad pinguiorem fortunam devenerit, *Covar. lib. 2. Variar. solut.* c. 1. num. 9., *Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. q. 88. num. 8.*, & ad late allegata per *Barbosam in eod. cap. Odoardus* nu. 2.; Attamen debitor negligens solvere pensionem poterit capi, excommunicari, vel in carceribus detineri donec solvat, ratio hujus singu-

- singularis amissionis tanti benefitii est, quia quando beneficiatus acceptavit beneficium assensit pensioni cum Juramento de solvendo, & sub obligatione Camerali, sub pena excommunicationis, & privationis beneficii, & consentiens carcerari, ad allegata per *Barbosam in eod. c. Odoardus* num. 6. & latius discussarat in praxi exigendi pensiones p. 2. q. 16. per totum, *Fagan. in eod. cap. Odoardus* num. 79., ubi num. 80. obseruat de stylo Rotæ servari, quod beneficiatus, qui consensit reservationi pensionis, non gaudet eo beneficio, at successor in beneficio gravato, qui per se ipsum non consensit reservationi pensionis, gaudet beneficio, d. c. *Odoardi*, quia de eo non verificatur, quod consenserit pensioni cum Juramento, & sub obligatione Camerali.
- 4 Aliamque notat differentiam, *idem Fagan. num. 81.*, quod qui consensit per se ipsum pensioni, eas poenas incurrit, absque alia litterarum intimatione, si negligat solvere; successor vero, qui personaliter non consensit, eas poenas excommunicationis, aut carcerationis non incurrit, nisi prævia intimatione litterarum, reservatio pensionis.
- 5 Unde in pensionarista negligentie solvere, cessat quæstio acriter à Doctoribus exagata, an possit Clericus renuntiare beneficio, dicti cap. *Odoardi*, de qua *Barbosa num. 24.*, quia ex praxi Romanæ Curia constat, approbatum esse in casu neglectæ solutionis pensionis, valere renuntiationem expressam in obligatione Camerali.
- 6 Contigit vero ex parte Pensionariorum, quod vel ad diversa negotia distracti, vel in remotis agentes, vel propria non curantes, vel æquitate, aut commiseratione moti, non petant, non exigant pensiones, ita ut Beneficiarius pensionem solvere, obligatus, aut postea fiat non solvendo temporum iniuria, aut in delicti alicuius poenam, honorum spoliatus, aut ejectus à Beneficio, vel ex quoconque alio casu, vel moriatur; post quæ, vel cuius mortem, Pensionarius excitatus ad sua jura expirienda, vult contra successorem in Beneficio agere, & exigere; tunc est quæstio, an negligentia sua, ex quo contra præcessorem neglexit exigere, sibi noceat, vel successori in Beneficio, ita ut successor teneatur solvere pensiones decuras tempore servido.
- 7 Et quidem videretur absolutè resolvendum, quod successor teneatur, quia pensione est onus reale, sive res transit cum onere suo, *Ludovic. decis. 507. num. 1. 2.*, *Barbosa de potest. Episc. alleg. 120. num. prim.*, & seqq., tum quia liberum est pensionario agere, vel contra successorem, vel contra hæredes Beneficiati defuncti. Si igitur eligat agere contra successorem, ille tenebitur ad pensiones decuras; de qua libera electione meminit, *Marchesan de Commis. p. p. §. 2. de commis. in causis Pensionum num. 3.*, *Barbosa pluribus allegatis in c. 1. num. 6. de solut.*, & per eandem rationem, *Gregor. decis. 507. num. 1.*, ubi successor non solum tenetur pro decurrentibus pensionibus futuro tempore, sed etiam pro decursis in praeteritum, ante suam provisionem; in quibus terminis, & verbis idem resolvit, *Rota decis. 352. num. 1. part. 2. tom. 3. recent.*, *Tondut de Pensionibus* c. xi. num. 2., tum quia cum Pensionarius non sit obligatus petere certo, & determinato tempore, numquam dici potest negligens, *decis. 352. num. 4. part. 2. recent.*, ea ratione generaliter posita in p. p. artic. *Quis sit negligens*, ubi quod negligens dicitur, qui omittit facere, quod tenetur; Tum quia Pensionarius non non petendo pensionem, etiam per triginta annos, non amittit suā quasi possessionem exigendi, quām habebat contra præcessorem, *Burat. decis. 347. num. 11.*, aliasque plures decis. allegat *Antonelus de tempore legali lib. 2. c. 67. nu. 75.*, quia ex merè negativis, non currunt præscriptio, ex alias dictis, & quasi possessio exigendi contra præcessorem transit etiam contra successorem, *Rota coram Pennia in Boianem Pensionis 28. Octobris 1600.*, quæ est penes, *Marchesan de commis. in causis Pensionum p. p. §. 2. vigesima in ordine*.
- 8 Poterit tamen successor in eo casu gravatus, repeteret ab hæredibus præcessoris, *Gratian. discept. For. c. 94. num. 56. 58.*, & seqq. *Barbosa d. alleg. 120. num. 6.*, Eo quia pensione solvenda sit ex fructibus; dum ergo præcessor collegerit fructus, necesse est, ut ipse, vel eius hæredes teneantur ad solvendas pensiones, pro eo tempore, quo fructus ex beneficio pensione gravato, Præcessor percepere, *Gigas de Pensionibus* q. 39. Hhh. G 43.

¶ 43., *Puteus decis. 189. num. 4.*, Rota in Cæsar augut. pensionis 13. Aprilis 1592. coram Pampilio num. 2., sicuti si Capitulum ex vi statuti, fructus percepit, aut Camera, illud, & hæc solvet pensionem, ex latè congestis, & constanter firmatis in *decis. 380. num. 6.*, & 7. *Eminentissimi Cerri.* Hinc etiam quod solvi debet pro rata fructuum, non pro rata temporis, *Coccin. decis. 327. num. 2.*; quod si contingere, quod non posset repetrere ad hæredibus, vel aliis, qui fructus percepissent, ratas, in quibus gravatus successor pro Præcessore, tunc neque successor tenetur, quia æquitas non permittit, ut qui non sentit eomodum fructum perceptorum, sentiat incommodeum decursæ pensionis, ut est notabile dictum, *Rota coram Puteo inter ejus impressas decis. 189. num. 3. 4. lib. 2.*

¶ 9 Alterum pariter Juris beneficium successori convenit, dum gravatur pro decursis tempore Præcessoris, scilicet dummodi sibi remaneat congrua, quæ in primis, & ante omnia deducenda est, ut fuit decisum in Campanien. pensionis 22. Januarii 1609. coram Justo, & *decis. 507. num. 5.* coram Gre. gov., relata per Barbosam in d. cap. 1. sub 6. de solut., *Tundut. de Pensionibus c. 20. num. 27.*, *Lotter. de re beneficio. lib. 1. c. 39. n. 150.*

¶ 10 Verum non sic absolute solvenda est difficultas, sed post longam articuli examinationem, Rota plures amplexa est distinctionem; scilicet, tunc successorem tenet, quando Pensionarius fecisset omnes possibiles diligentias contra præcessorem, & etiam contra ejus hæredes, *Crescentius decis. 3. de solut.*, & coram Comitulo in Torceliana pensionis 8. Novembris 1589. impressa post Postium de Manu. *decis. 363. num. 3.*, *Lotter. de re beneficio. lib. 1. q. 39. num. 108.*, & 109., tunc enim in subsidium damnatur successor, secus si non adhibuit omnem diligentiam, *Serapion. decis. 1551. num. 1.*, *Rota coram Greg. dicta decis. 508. num. 3.*, ubi Beltramin. in addit. num. 7. plures allegat. *decis.*, *Coccin. decis. 327. num. 4.*, & *Rota decis. 352. num. 9. p. 2.*, & recent., & coram Orano in Zamoren. pensionis 6. Martii 1687. post Marchesam de commis. in causis pension. in ordine num. 3., & ibidem Marchesam S. 2. num. 3. ad allegata per Barbosam de potestate Episcopi alleg. 120. per totum, & in c. 1. de solut. num. 6., *Merlin. de pignor. lib. 2. q. 92.*,

*Statil. de Salviano interdicto inspect. 3. cap. 4. num. 612.*, *Gratian. de discept. for. cap. 94. num. 58.*, & seqq., ubi num. 59., quod non factis diligentias contra præcessorem, Rota numquam volvit condemnare successorem ad solvendas pensiones decursas, tempore præcessoris, ubi, & *decis. Rota.*, *Lotter de re beneficiaria lib. 1. q. 39. num. 88.*, & 107., *Tundut. de Pensionibus cap. 20. nu. 21.*, *Garzias de Benefic. p. p. c. 5. num. 199.*, & seqq.

¶ 11 Ita ut neque sufficiat diligentias fecisse cum Procuratore antecessoris, ibique *Tundut. num. 12.*, *Beltramin. in addit. ad Greg. decis. 507. num. 7.*, & reddit rationem *Rota in Larinens. pensionis 7. Februarii 1620. nu. 9. coram Ubaldo*, quia ad hunc effectum opportet facere omnes diligentias necessarias, usque ad censuram, usque ad consumandam executionem, & per diligentias factas contra Procuratorem Antecessoris, non potest devenir ad sententiam excommunicationis, *Barboſa in d. cap. 1. de solut. num. 6. ad finem*; Quas omnes diligentias requiri etiam, quando Pensionarius ageret ad regressum, probat ex adnotatis, *Lotter d. q. 39. num. 152.*, & seqq., Unde neque sufficiunt diligentias factæ, ad obtinendas aliquas ratas, quæ fuerunt solutas, sed opus est fecisse diligentias præ illis ratis, quæ prætenduntur contra successorem. *Beltramin. ad decis. Greg. 507. num. 7.*, sunt n. tot debita quot anni, l. cum notissimi S. in is C. de prescript. 30., vel 40. annorum, ita unumquodque debitum respicit fructus illius anni, quo debetur, & cum illis reciprocat. l. si ante, & l. fructus ff. sol. matr.

¶ 12 Probare autem omnes necessarias diligentias fuisse factas, spectat ad Pensionarium, *Tundut. de Pension. cap. 20. num. 25.*, *Pacific. de Salviano interdicto inspect. 3. cap. 4. n. 629.*, quia est fundamentum intentionis Actoris; Ideo Rota plures judicavit fuisse, vel non fuisse factas diligentias necessarias, juxta allegata, & probata decisionibus per Pacificum, loco supra allegatis, ut in Larin pensionis coram Ubaldo inter ejus impressas *decis. 541.*, & iterum *decis. 651.*, quia cum sint quid facti, non præsumuntur, & alioquin est contra æquitatem, & bonam fidem, quod successor teneatur pro pensionibus decursis tempore antecessoris, sive teneatur alienum debitum solvere.

solvore sine sua culpa, aut cooperatione contractum; neque ullo modo Successor in Beneficio repræsentat præcessorem, quia non habet titulum hæredis; in obligatoriis autem rigorosè, & strictè proceditur, ut in nostro casu, dixit *Puteus decis. 185. in fine lib. 2.*, & *Rota in præcita Larinen. coram Ubaldo*, *Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 39. num. 120.*

¶ 13 Neque sufficient diligentia extrajudicialiter factæ, putè amicabiliter petendi ratas pensionis decursas, vel per nuntios, vel per Epistolæ, vel per amicos, vel immediate oretenus, sed requiritur, quod fuerint factæ judicialiter ex allegatis, per *Lotter. dicta q. 39. num. 140.*, & talis requiritur facta diligentia, ut nulla ulterius possit desiderari, id est usque ad Sententia, ejusque executionem, ita ut Successor non possit ullam exceptionem opponere, vel doli, vel culpæ, ad tradita per *Tundut. de pension. c. 20. nu. 26.*, & per eundem, *Lotterum supra nu. 112.*, ubi num. 108., quod Successor cum teneatur tantum in subsidium, semper posset excipere per Pensionarium stetisse, quin exegerit, dum in aliquo defecit; & tunc in nullo defecisse constabit, quando executor justitiae referat se voluisse exequi juxta mandatum Judicis, & fuisse impeditum, vel non invenisse bona; ita ut constet, quod principalis debitor non esset solvendo, *juxta text. in l. Si fideiussoris*, ubi *Bartol. Verj. dic ergo ff. de fideiussor.* Et si referat executor de impedimento, opportet, quod Pensionarius probet se usum fuisse omni possibili diligentia ad tale impedimentum tollendum, *ad tex. in l. Qui comeatus*, ibique *Bartol. ff. de re militari*, aliaque allegata per *Lotterum supra nu. 127.*, quia qui potest tollere impedimentum, & non tollit, est negligens, & sibi imputare debet, *c. finali*, ibique *Glossa in V. currit de elec.*, *Baverius de mora p. prima nu. 15.*, & in hoc casu negligentia impedito currit tempus, *C. bis quibus de elec.*, *C. commissa de elec. in 6.*, ubi *Barboſa num. 6.*, sive debet constare assertum impedimentum fuisse verum, & reale, non autem fictum, & suppositum, nec potuisse amoveri ad tradita per *Surdum decis. 4. nu. 13.*, & *decis. 262. nu. 11. consil. 374. n. 23. consil. 437. nu. 36.*, *Lotter. dicta q. 39. num. 133.*, & seqq.

¶ 14 Si autem contingat quæstio, necessarias omnes diligentias fuisse factas, vel non; tunc remittitur arbitrio prudentis Judicis id cognoscere, & judicare, *Menochius de arbitr. Judicum casu 204. nu. 3.*, & 4., *Pacific. de Salviano interdicto inspect. 3. cap. 4. num. 628.*

¶ 15 Quod autem diximus non sufficere diligentias extrajudiciales, temperat *Lotterus supra num. 144.* post Rotam ibi allegatam, nisi constaret plus potuisse operari diligentias extrajudiciales, quam judiciales, attentis circumstantiis personæ, loci, & temporis; ut quando persona debitrix non poterat sic de facili gravari realiter, aut personaliter, essetque debitor paratus sustinere censuram potius, quam solvere.

¶ 16 Si contingere, quod Successor, vel ex ignorantia, vel ex inadvertentia, aut ex quoconque alio capite solveret pensiones, sic ut supra decursas, nullis factis per Pensionarium diligentius, sibi præjudicavit, nec repetere poterit tamquam indebitum, *ex reg. l. Si non sortem ff. de condit. indeb.*, *Coccin. decis. 327. nu. 3.*, *Lotter. dicta q. 39. n. 89.* Rationem reddit Rota; quia ex quo soluit de facto, cessat æquitas. *Ridulyn. praxi Judiciaria p. 2. c. 3. nu. 102.*, & 103.

¶ 17 Nec prodesse poterit Pensionario, qui præfasas non fecit diligentias, si diceret, se ex quadam indulgentia, & commiseratione expectasse, nec gravasse præcessorem calamitatibus, vel infirmitate oppressum; tum ne videatur vorax, & nimis molestus exactor, ut notat *Angelus consil. 312. nu. 3.*, & 4., *Verall. decis. 266. num. 1.* Tum quia jus abhorret, quod Creditor nimis festinè veniat cum sacco parato, *l. quod dicimus ff. de solut.*, unde ex actu virtutis laudari potius debeat, quam sibi præjudicium generasse dicendum sit; Respondeatur enim, quod ad sui præjudicium potuisse indulgere, & commisereri, ac fuisse laudabilis, ex actu charitatis, non sic in præjudicium Successorum, respectu quorum illa indulgentia fuissest contra æquitatem; dum elapsis pluribus terminis, ita augeat æs alienum, ut tunc non sit solvendo, quia non vacaret talis indulgentia suspicione fraudis, & doli, ut considerat *Glossa in l. Si fideiussor. in V. non posse ad finem vers. hoc autem ff. de fideiussor.*, *Lotter. supra*